

www.e-rara.ch

Vvlpevla Tvbingensis Demoliens Vineam Ecclesiae Christi

Felix, Simon

Dilingae, M. DC. XXII

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRe 154,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-49825>

Caput XIII. Eximia sanctitas Lutheri.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CAPVT XIII.

Eximia Sanctitas Lutheri.

QVod de S. Martino Turonensium Antistite canit Ecclesia, *Qui pius, prudēs, humilis, pudicus, sobrius, castus fuit & quietus*, non inscita parodia Martino Luder accommodaueris: *Impius, stultus, tumidus, superbus, ebrius, turpis, fuit inquietus*. Testes sunt Staphylus, Cochleus: ac ne contra hos excipias (quamuis honesti & oculati testis assertio vno verbo *mētiris*, quo hic f. 26. pro scuto vteris, non eneruetur; nec quorundam Pontificum, qui primi præcones aut reformatores Fidei nō fuerūt, nequitia tegatur) etiam Erasmus Rotterodamus minime nobis assentari solitus. Imo Lutherus ipse.

Audi Sanctū virum Tom. i. ep. latin. Iene editatū epist. ad Melanchthonem fol. 334. *Insensatus & induratus hic sedeo, in otio, parum orans, nihil gemens pro Ecclesia*

sia Dei: quin carnis meae indomita vrora magnis ignibus. Summa: qui feruere spiritu debeo, ferueo carne, libidine, pigritia, otio, somnolentia. Octo dies sunt, quod nihil scribo, neq; ORO, neq; studeo.

Idem in colloquijs Islebiensibus de creatione fol. 70. a. §. 5. Tale examen conscientiae vespere instituit. *Quid hac tota die egi? duabus horis cacavi: tribus horis cibum sumpsi, tum quatuor horas otiosus exegi. & ibidem fol. 59. b. §. 5. & de mundo fol. 70. a. §. 5. pro se ac suis discipulis ita confitetur. Nos voramus ad mortem, potamus ad mortem, dormimus ad mortem, cacamus ad mortem, pfeisimus ad mortem, pedimus ad mortem. Idem Tom. 3. Germ. VVitteb. p. 2. in comment. psal. 45. fol. 48. b. §. 3. ait. Cum adhuc essem monachus, ferè quindecim annos continuos quotidie me occupabam. & cruciabam sacrificando, ieiunando, vigilando, orando &c. nec putabam fieri villo modo posse, ut eam vitæ rationem unquam didicerem. Iam verò (Deo gratia) probè didici.*

In colloquiis Islebiensibus de Christo fol. 96. §. 3. *Ego (inquit) sapiſſimè Chriſte penitus obliuſcor, aut certè longè alium, quàm eſt, eſſe puto, ſapiusq; falſis atque erroneis cogitationibus & opinionibus à Diabolo faſcinor. Et nemo eſt ex nobis (nempe Lutheranis) cui non idem ipſum uſu ueniat.*

Cum his conſentit, quæ Ioannes Mattheſius Lutheri conuictor in conſatione 12. de Lutheri vita fol. 147. ſcribit. *Magiſter Antonius Muſa prædicans Rochliſenſis narrauit mihi, ſe quodam tempore admodum dolenter Luthero queſtum eſſe, quod ipſemet ea credere non poſſet, quæ aliis prædicabat. Tum reſpondiſſe Lutherum; Benedictus ergo ſit Deus: cum idem aliis, quod mihi uſuuenit: adhuc enim mihi ſoli id uſuuenire credidi.*

Hos odoratiſſimos floſculos in commendationem Luthericæ Sanctitatis ſtudioſè collegit Scioppius in Hæretico ſuo Elenchomeno fol. 72. & ſeqq. atque in fasciculum floridum colligauit, quem tibi tamquam nouo marito
dona-

donatum volo, vt de collo suspensum pro reliquiis gestes; simul etiam moneo, vt, quotiescuis fragrantiam perceperis, tui mendacij meminisse velis, quod scripsisti fol. 16. dissertationis, vbi falso Lutherum ab assidua oratione & indefesso in legendis, reuoluendis, pensandisq; scripturis studio laudauisti.

CAPVT XIV.

*Pia Lutheri Apophthegmata,
omnium Virtutum
semina.*

Videbas te in breuia & syrtes delatum, nec tutum diu consistere, idco prætermisissis Lutheri verbis, tuarum opinionum theses nobis exhibes fol. 22.

At inhiibe cursum, non tam facile hos scopulos præterueheris. In singulis quatuor tibi præstanda sunt. I. Lutheri mens sincerè exponenda, vt profi-